



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

57. An qui vovit jejunare Quadragesimam, & dubius an voluerit vovere  
abstinentiam à lacticiniis, teneatur illa non comedere? Ex part. 4. tract. 3.  
resolut. 20.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76369](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76369)



gis laicis inf. ip. Ref. 6. Domini in die Veneris, teneri ieiunare; contrarium enim puto cum Trullench *loc. cit. n. 6.* qui omnia superius dicta confirmat.

## RESOL. LVI.

An si quis vouerit ieiunare teneatur abstinere, à lacticiis extra Quadragesimam, vel an teneatur seruare tale ieiunium iuxta patrie consuetudinem?

Et an promittens ieiunare in Quadragesima, dubius autem an intenderit abstinere à lacticiis, non sit damnandus tanquam reus voti, si illis absque Bulla vescatur, licet peccaret in præceptum Ecclesie interdicens eo tempore lacticiniorum usum? Ex part. 1. tract. 9. Refol. 5.

Sup. hoc in Ref. præter. & sup. in tr. 3. Ref. 16. §. 7. & in Ref. fol. 167. & 168.

§. 1. Negatiuè respondet Ortiz in *sum. c. 19. n. 9.* vbi sic ait: [ Los huecos no son contra la sustancia del ayuno, ni se vedan, si no en Quaresma, y assi los que prometieron de ayunar, pueden ayunar con huecos. ] Sed Azorius *part. 1. l. 3. c. 10. q. 2.* ait, ita videntem debere eo modo seruare hoc ieiunium, quomodo ciuitas seruat ieiunia Vigiliarum, & quatuor Temporum. Et *l. 11. cap. 10. quest. 7.* allicit ita videntem teneri seruare hoc ieiunium iuxta patrie consuetudinem.

Sup. hoc in Ref. præter. cursum ad lin. 5. & sup. in Ref. 50. §. 7. & in Ref. fol. 51. §. 2. & super. in tr. 4. Ref. 7. §. 1. cursum ad mediū, & in tr. 3. Refol. 167. §. 7. & figurat inf. in Refol. 58. §. 1.

2. Sed talem consuetudinem non extare putat Portel. in *addit. ad dub. reg. verb. ieiunium. n. 7.* vbi sic asserit: [ Sanchez tenet, probabile esse, sic vouentem ieiunium, absque Bulla Cruciatæ, posse comedere lacticia in illo die ieiunij; extra ieiunia tamen Quadragesimæ: quia est probabilior opinio, nec de iure, neque de consuetudine interdicti in die ieiunij lacticia extra Quadragesimam. ] Ita Portel. probabiliter quidem, *sup.* dictum est. Et nouissimè hanc sententiam docet Sancius in *Select. disp. 51. num. 19.* vbi ait, non adesse præceptum, neque consuetudinem abstinendi ab ouis, & lacticiis in Vigiliis, & quatuor anni Temporibus, maximè in Regnis, vbi adest Bulla Cruciatæ, vt est in hoc Regno Siciliae. Vide etiam Vasquez in *p. 2. tom. 2. disp. 117. c. 6. n. 54.*

Sup. hoc in Ref. seq.

3. Itaque ita vouens satisfaceret voto, si in ieiuniis extra Quadragesimam comederet sine Bulla lacticia, & ouisimo Sanchez in *sum. tom. 1. l. 3. c. 11. n. 53.* cum Angles docet, promittentem ieiunare in Quadragesima, dubium autem, an intenderit abstinere à lacticiis, & dubitatur an vouerit vouere abstinentiam à lacticiis. Ego existimo, quando est purum dubium, tutiorem partem esse eligendam. Sic ille.

2. Sed tu contrariam sententiam tene, quam tuetur Angles *part. 1. de ieiunio, q. 9. de abstinentia à cibo, art. 1. dub. 2.* & Ioannes Salas in *1. 2. tom. 1. tr. 8. disp. vnica, sect. 25. n. 250.* quia melior est conditio possidentis.

## RESOL. LVII.

An qui vouit ieiunare Quadragesimam, & dubius an vouerit vouere abstinentiam à lacticiis, teneatur illa non comedere? Ex p. 4. tr. 3. Ref. 20.

Sup. hoc in Ref. præter. §. 7. ad medium.

§. 1. Affirmatiuè respondet Turrianus in *opusculis Theologicis, tom. 1. opusc. 10. disp. 1. dub. 2.* vbi sic ait. Alterum dubiosum est de eo qui vouit ieiunare Quadragesimam, cum ad id aliis non esset obligatus, & dubitatur an vouerit vouere abstinentiam à lacticiis. Ego existimo, quando est purum dubium, tutiorem partem esse eligendam. Sic ille.

2. Sed tu contrariam sententiam tene, quam tuetur Angles *part. 1. de ieiunio, q. 9. de abstinentia à cibo, art. 1. dub. 2.* & Ioannes Salas in *1. 2. tom. 1. tr. 8. disp. vnica, sect. 25. n. 250.* quia melior est conditio possidentis.

## RESOL. LVIII.

Quidam Religiosus in hoc Regno Siciliae comedit Lacticia in quadam Vigilia, quæ fuit à me, an peccauerit mortaliter?

Et dicitur, an sit consuetudo dictis diebus abstinere à lacticiis?

Et an Religiosi, & Clerici teneantur seruare consuetudinem laicorum, in ieiuniis, vel è contra?

Et an in ieiuniis extra Quadragesimam interdicitur usus lacticiniorum?

Et an iter agēs possit sine Bulla lacticia edere, quando non inueniuntur in itinere pisces, vel non possunt commodè habere aliud, quod manducent?

Et an licet itinerantes inueniant panem, & potum, fructus, & olera, non teneantur ieiunare?

Et tandem queritur, an Sacerdotes etiam Regulares possint diebus Dominicis Quadragesimæ vtrius Bullæ Cruciatæ edere oua & lacticia?

Et quid dicendum est de cæteris omnibus aliis sine Bulla? Ex part. 5. tractatu 14. & Miscell. Resolucione 13.

§. 1. Suppono quòd in usu lacticiniorum circa festam Sextam, sabbatum, vigilias Sanctorum, & quatuor temporum seruanda est consuetudo proximè ideo pro resolutione præsentis dubij videndum est, an in Sicilia sit consuetudo dictis diebus abstinere à lacticiis; & videtur negatiuè respondendum, per ea quæ adduxi in *1. part. tract. de ieiunio, resolut. 5. & 4.* cum Vasquez, Villalobos, Sancio, & aliis, quibus nunc addo Trullench. in *expositione Bullæ Cruciatæ, §. 4. dub. 3. num. 9.* Sanchez in *opusc. tom. 2. lib. 5. c. 1. dub. 21. num. 2.* quia vt consuetudo habeat vim legis, debet esse inducta à maiori parte populij, sed consuetudo in Sicilia non est huiusmodi, cum maior populi pars sumat Bullam Cruciatæ, quibus id licet, & qui Bullam non habent, sunt pauci, & pauperiores, ergo non potuit maior pars populi inducere hanc consuetudinem. Deinde consuetudo vt obliget, debet esse introducta cum intentione obligandi, & vt sit præceptiua, & adhuc tunc non semper obligat ad mortale, sed quando inducta est ea intentione vt obliget ad mortale, vt notat Montefinus in *1. 1. tom. 2. resolutio de legibus, disput. 23. quest. 13. num. 222.* Tametsi *tom. 2. disput. 5. quest. 7. dub. 1. num. 19.* Henricus *lib. 7. cap. 13. num. 9.* Bossius *vbi infra,* & alij. Sed hæc consuetudo non est inducta animo se obligandi, sed ex ignorantia, qua ignorantes credebant edere lacticia in illis diebus esse prohibitum, ergo, &c. Et tandem cum saltem hæc res sit dubia, melior est conditio possidentis, libertatem scilicet, non adesse talem obligationem. Et hanc opinionem mordicus tenet pro Regnis Hispaniarum Sanchez, Vasquez & alij *vbi supra,* quod etiam procedit in Regno Siciliae, cum in his omnibus sumatur Bulla Cruciatæ. Vnde non debebat absolute asserere Ludouic, à Cruz in *Bulla Cruciatæ, disp. 1. cap. 5. dub. 12. num. 17.* lacticia esse prohibita extra Quadragesimam ex consuetudine. Vide etiam *sup.* *locis citatis.*

2. Verùm dato, & non concesso, quòd adesse consuetudo in Regno Siciliae abstinendi à lacticiis in dictis diebus, adhuc puto Religiosum, de quo loquimur, non peccasse mortaliter edendo illa, quia, vt doctè obseruat Sanchez *loco citato,* & nouissimè Bossius *de triplici Iubileo, sect. 4. c. 18. numero 32.* Religiosi non tenentur seruare consuetudines particularum secularium etiam Clericorum, nec Clerici aliorum secularium particularum consuetudines, sicut nec alij